

## Bibliographische Daten

Titel: Hexameron  
Ersteller: Mediolanensis, Heiliger Ambrosius  
Signatur: 3 an Inc. 4. 2°

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der [Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0](#) uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

**I**n principio fecit deus celum et terram initium rerum auctorem mundi  
di creationem materie comprehendens. **V**t deum cognosceres ante i  
nitium mundi esse ul' ipsum esse initium vniuersorum sicut in euan:  
gelio dei filius dicentibus sibi tu quis es. respondit initium quod et  
loquor vobis et ipsum dedisse gignendis rebus initium et ipsum esse  
creatorem mundi non idea quodam duce imitatore materie ex qua non  
ad arbitrium suum sed ad speciem oppositam sua opera formaret. **P**ulchre  
quoque ait in principio fecit ut incomprehensibilem celeritatem operis  
exprimeret. cum effectum proprius operationis implete quam in initium  
cepte explicauisset. **Q**uis hoc dicat aduertere debemus **M**oyses vtrique  
ille eruditus in omni sapientia egyptiorum quem de flumine collectum  
filia pharaonis ut filium dilexit et subsidijs regalibus vultum omnibus  
secularis prudentie disciplinis informari atque instrui desiderauit. **Q**ui  
cum de aqua nomen acceperit. non putauit tamen dicendum quod ex  
aqua constarent omnia. ut **thales** dixit. et cum esset in aula educatus  
regia. maluit tamen pro amore iustitie subire exilium voluntarium quam  
in tyrannidis fastigio peccati perfundionem delictis acquirere. **D**enique  
prius quam ad populi liberandi munus vocaretur naturali equitatis  
studio provocatus. accipientem iniuriam de popularibus suis vltus  
inuidie sese dedit voluptatibus eripuit. atque omnes regie domus dedi:  
nans tumultus in secretum ethiopiae se contulit. **I**bi a ceteris nego:  
cijs remotus totum diuine cognitioni animum intendit ut gloriam  
dei videtur fatie ad fatiem. **C**ui testificatur scriptura quod nemo surrexit  
amplius propheta in israhel sicut **M**oyses qui secundum deum fatie ad fatiem  
non in visione neque in somno sed os cum deo summo locutus  
neque in specie neque per enigmata sed clara atque perspicua presentie diuine  
dignatione donatus. **I**s itaque **M**oyses aperuit os suum et effudit quod  
in eo dominus loquebatur secundum quod ei dixerat cum eum ad pharaonem  
regem dirigeret. **V**ade et ego aperiam os tuum et instruam te quid  
debeas loqui. **E**tenim si quis de populo dimittendo diceret a deo  
acceperat quantomagis quod de celo loqueretur. **D**enique non in persuasione  
humane sapientie nec in philosophie simulatorijs disputationibus  
sed in ostensione spiritus et virtutis tanquam testis diuini operis ausus  
est dicere **I**n principio fecit deus celum et terram. **N**on ille ut athenorum  
concurfione mundus coiret serum atque otiosum expectatum negotium